Historia Bohemiae

1592.

Francisci à Bonadilla: Oratio Pragae habita in conventu Ordinum Regni Bohemiae.

ORATIO PRAGÆ

HABITA, IN CONVENTV ORDINVM
Regni Bohemiæ per Franciſcum a Bouadilla Archi/
diaconũ Toletanum, Salmanticenſem Scho/
laſticum, ac gymnaſij cancellarium, orato/
rem miſſum a Carolo Auguſto Roma/
norum Imperatore inuictiſſimo hu/
ius nominis quinto, una cum Pe/
tro Gonſalem a Mendoca mi/
lite ordinis diui Iacobi, im/
perialis aulæ præfecto.
M. D. XXXII.

ORATIO

CVM EIVSMODI HAEC NOſtra cauſa ſit. Magnifici, generoſi, egregij ac circumſpecti uiri, generis claritate. Virtutis laude memorabiles, in qua res multum uerba parum, aut nihil pro futura ſint, exoratos uos imprimis uelim, ne tã dicendi leporem, uerborumue elegantiam a me exigatis, q̃ rei grauiſſimæ, & maximæ qualitatem, ſummũq; præſentis negocij diſcrimen conſyderetis, & perpendatis. Non enim tam ſpecioſam orationẽ, q̃ rem grauiſſimam, & neceſſariam ad uos uiros omni laudis genere cumulatiſſimos afferimus. Nec uero priuato nomine uos alloquimur, q̃ a Caroſo Auguſto Romanorũ Imperatore inuictiſſimo oratores ad hunc ornatiſſimum conuentum, una cum Sereniſſimo Rege ueſtro uenimus, primum, ut per nos eximiam animi ſui gratitudinem erga iſtud Regnum uoſq; omnes ſignificaret, quã etiam ex ipſius literis clarius perſpicere poteritis. Deinde, ut quis ſit eius animns atq; ſentẽtia, his difficillimis Chriſtianæ reipub. temporibus, & poſtremum, quo in ſtatu & periculo res Chriſtiana, ac pariter ueſtra nunc ſit, uobis renũtiaremus, quæ tria tantiſper dum q̃ poſſum pauciſſimis explicabo, uos ad quos negocium atq; diſcrimen magna ex parte pertinet, & quorum gratia potiſſimum miſſi ſummus. Oro ut noſtram legationẽ benigne, attenteq; audire non grauemini. Atqui ut iam rẽ qua oportet ianua aggrediamur. Principio uos omnes id

nes id certos esse uolumus: nullum extare uestrũ tam exiguum beneficium in uestrũ regem, nullum tam tenue, si modo aliquod eorũ tenue dici potest, quæ semper amplissima fuerũt, nullum deniq; uestrum esse officium, uel meritum, quod non honorificentissimis uerbis Imperatori a fratre suo relatum sit. Quocies inter eos de uobis, uiri clarissimi, mencio incidit, incidit autẽ sepissime, tum uester gratissimus Rex de uestro erga se affectu, eximia fide, obsequĳs officĳsq; uestris semper paratissimis: narrare summa cum utriusq; uoluptate nunq̃ prætermittit. Itaq; omnia quæ antea de uobis suis litteris declarauit, nunc etiam eiusdem ore relata cæsar plenissime accepit. Et si igitur impræsentiarum uobis tanta gratia non refertur, quanta debetur, nos tamen, iussu atq; nomine clementissimi Imperatoris, tantam gratiam habemus, quantam maximam mente cõcipere possumus. Tanta est enim eius in fratrem unicũ pietas: ut omnes res: discrimina, commoda non aliena a se arbitretur, neq; alio loco ponat q̃ propria. Ita enim se unice amant, ut mentes eorum fraterna charitate, nõ solum uinctæ uideantur, sed in corpora inuicem transire, si fieri posset desyderent, quod ex uultu amborum simul contemplatione magis conĳcere licet. Quare nũq̃ in alium Regem melius, q̃ in hũc uestra beneficia collocastis, nam quicquid magnum uel paruum in hunc contuleritis, id eodem loco accipit Inuictissimus Imperator, eodemq; animo, ac si in se collatum esset. Atq; ita semper eodem beneficio duorum potentissimorum regum animos uobis conciliatis, qui semper uestrorum

A ĳ meritorũ

meritorum memores futuri, gratissimo animo quandocunq; uestræ res eorum potentiam auxiliumq; desyderauerint nunq̃ uestris fortunis, uobis atq; uestris liberis deerunt, quin occasionem remunerandi cumulatissimeq; referendi gratiam, ubicunq; oblata fuerit, cupidissime arripient. Habetis uiri ornatissimi qua ergo uos sit summus Imperator beneuolentia.

Quod autem secundo loco proposui, nempe quantum illi sit studium in tutanda, cum omnium Christianorum incolumitate, tum præcipue uestra eorumq; omnium, qui illius animum suis erga ipsum, fratremue optatissimũ meritis sibi deuinctum habent, ex his quæ recensebo, uobis clarissime liquebit. Etenim post acceptam sacri Imperij coronam, post pacatam Italiam, pacemq; inter omnes Christianorum diciones confirmatam, postq̃ ius summa cum laude querimonijs per Italiam redditum est, cum deniq; non tam imperium accepisse, quã restituisse uideretur, non mox Hyspaniarum regna omnibus copijs florentissima repetijt: sed etiam uicto suo erga charissimam coniugem, liberos, suaq; regna affectu, suas rationes publicæ incolumitati postposuit, & tanq̃ uerus patriæ parẽs Augustam Germaniæ orbem clarissimam iter conuertit, ut ibi ordinum Germaniæ conuentus ageret, coortas in Germania seditiones componeret, factiones sedaret, sententias turbulẽtas coerceret. Atq; ut summos illos in ueteri lege uiros imitaretur, qui cum altera manu muros Hierosolymorum extruerent. Altera gladium tenebant, pugnabantq; quotidie cum impijs, ipse quoq; Imperator reipub.

Christianæ

Christianæ studiosissimus, ad horum uirorum exemplum se comparans, Turcas e uestris finibus repellere, Germano Regi uestro, nunc bono reipub. fato Romanorũ Regi opem ferre, miseræ, atq; in fælicissimæ Viennæ obsidionem, totiusq; fere Austriæ antiquissimi sui patrimonij depopulationem prohibere constituit. Quod quoniam per inducias pactas ad anni spacium iure nõ concedebatur, & ab armis utrinq; quiescendum erat, in Brabanciam, Flandriamq; profectus est, ut ibi interea loci ea quæ ad futurarum rerum usum necessaria fore uidebantur compararet. Vt uero allatum esset Turcam ipsum maximam ædificasse ornasseq; classem, refectis triremibus ueteribus, tum multis quoq; maximo numero extructis nouis, easq; commeatu, & bellico apparatu instruxisse, permagnos item exercitus comparasse, ut duplici contentione terra mariq; nos distraheret, & in locis disiunctissimis dimicare cogeret, eius animo, quo ille primum uobis, deinde Germanis, atq; demum omnibus Christianis sub se redactis Christianæ religionis perniciem molitur, resistendũ esse duxit: Præter apparatum ergo, qui ad hanc expeditionem in Italia adornabatur, ipse etiam Inuictissimus Imperator, ne si ad tempus præsto non esset, se absente aliquid detrimenti respub. Christiana caperet, ante finem induciarum Ratisponam urbem imperialem bello gerendo opportuniorem, & hostium finibus proximam, uobisq; finitimam, in qua Germaniæ ordinum conuẽtus indictus erat, relicta Belgica Gallia natali solo, relicta sua charissima sorore media hyeme maximis itineribus cõ-

 tendit,

tendit, non ad ocium, ſed ad ueſtram ſalutem, non ad remiſſionem, ſed ad curam, non ad quietem, ſed ad la/borem, nihil aliud quotidie expectans q̃ hoſtis eruptionem, qui inexaturabili Chriſtiani ſanguinis ſiti incita/tus in ueſtram ruit perniciem, cuius arcendi a ueſtris liberorũq; capitibus tanto ſtudio tenetur optimus Im/perator, ut dum eum repellere poſſit, illum nec regno/rum ſuorum ampliſſimorum teneat deſyderium, ſuos pios erga cõiugem atq; liberos affectus reprimat, deni/q; ſuas fortunas, copias, regna, ſanguinẽ, & uitam pro/fundere una cum firmiſſimo imperij præſidio non du/bitet, dum fratri amantiſſimo, ueſtræ ſaluti, incolumitati reipub. Chriſt: ſuccumbenti ſuccurrat, ſuo etiam peri/culo ueſtram incolumitatem redimere paratus.

Ex his ergo uiri clariſſimi tum cõmune periculum, tum quis ſit imperatoris intutanda ueſtra omniumq; Chriſtianorũ incolumitate animus atq; ardor ſatis lin/quere opinor: Germani autem etiamſi altiſſimorũ flu/minum ui naturaq; muniti ſint, tamen partim inducti Cæſaris ſtudio, partim etiam communẽ uicem Chriſti/anorum dolentes, ſummo in hoc diſcrimen ſtudio in/cumbunt, & auxilia e Germano conſcripta milite pol/licentur. Verum enimuero ſi illi quorum diciones inſu/perabilibus montibus, altiſſimis rapidiſſimiſq; fluminibus, aliquorum etiam regnorum interuallo ſecluſæ ab hoſtis impetu ſecuræ ſunt, tanto ardore in cõmune di/ſcrimen arcendum incumbunt, uos non ſegniter moue/re oportet, quin potius ſingularem, & egregiam præter cæteras nationes alacritatem oſtendere, quandoqui/dem

dem in eo magis uestra salus agitur q̃ aliorum, qui pe/
nitus in uisceribus Christianæ dicionis suas sedes ha/
bent. Quamq̃ omnes quidem qui Christiani nomen
profitentur, etiamsi longissime a periculo absint, tamen
hanc calamitatem proximorum, non solum non negli/
gere, sed tanq̃ communem, & ex æquo ad omnes perti/
nentem, simul iũctis uiribus arcere æquissimum foret,
atq; in hoc optimos in repub: ciues imitari deberẽt, qui
domo aliqua priuata ciuis ab igne incensa, etiamsi ab
incendij periculo eorum ædes sitæ in disiunctissima ur/
bis regione tutæ sint, tamen non omittunt, quin omni/
bus uiribus flammam restinguere, aut a proximis te/
ctis non minore studio q̃ a suis, arcere laborent, nisi tã/
q̃ perniciosi reipub. ciues odio a suis haberi uelint. Ita
quoq; & nos omnes, qui Christianam religionem pro/
fitemur, si id uere esse uelimus, qd' præ nobis ferimus,
quodq; uocamur, deberemus ad hanc flammam oppri
mendam omnes conuolare, ea enim nostrorum proxi/
morum regna & oppida absumpsit, atq; etiam adhuc
indies maiores uires colligit, neq; cessatura uidetur q̃
diu erit in quo seuire queat, & nisi mature obuiamus,
futurum est, ut tam late se spargat, ut nostræ omnium
uires cædere cogantur. Quod omen deus auertat, uerũ
ut in oppugnatione urbis, non solum ij, qui in ea urbis
regione domicilia habent, ubi hostis muros inuadit, re
sistunt, sed omnes ciues simul ubicumq; magis res ma/
num postularit occurrunt, hostemq; commun[illegible] a mœ/
nibus arcent: ita & nos Christiani, qui non solum uni/
us reipub: ciues, sed membra sumus unius corporis,
omnes

omnes iuxta paribus animis ad cōmunē conseruandā religionē, & tyrannidē a nostris ceruicibus propulsandā pro se quisq; summo cōsensu incūbere debemus, Quod tametsi a plerisq; nō fiat, ita ut æquū est q in pximorū calamitate, & miseria anĩo ocioso securi in utrãq; aurē dormiūt, nobis tñ eorū exemplū minime est imitandū, maior enim quædā uobis belli gerendi necessitas incūbit, q̃ illis, ita ut auxilia nō tam a uobis expectari q̃ exigi, nō tam peti, quā ultro offeri debeāt, tum quod iā uestra res agitur paries cū pximus ardet, tū quod periculū uestrū cōiunctū est eius discrimini, q cū hoc bellū geritr, geritr enim cū uestro optĩo Rege, q sine uestro summo dedecore, & detrimēta a uobis destitui nō pōt. Verū poterit nequisq̃ uestrū uidere suū Regem in magno piculo, quin eū omnibus modis seruet, defendat, ac tueatr An ignoratis ita fere usu uenire solere, ut bonorū regum afflictæ fortunæ sæpe multorū opes alliciant ad misericordiā. Atqui uos uiri omni laudis genere clarissimi, uestrū Regē optimū, cuius nomen magnū, & sanctū semper apud uos fuit, apud quē totius uitæ integritatē semper reperistis, nūc in magno constitutū discrimine omnibus uestris uiribus, fortunis, copĳs nō iuuabitis, quē uos ipsi in regnū aliūde uocastis, tanq̃ optimū pricipē, nōne hunc saluū, & incolumen seruare ab hostis iniuria fides, atq; ratio exigit. Præsertim cū hoc bellum ipse non mouerit, inductus gloriæ ampliorisue dicionis cupiditate, neq; uestras facultates, uiresq; ad irruptionē in aliena faciendā petat, sed ad arcendū bellū, propulsandam hostiū uim, suasq; & pariter uestras fortūas a direptione ho/

ne ho/

ne hostili tuendas. Vobis ignotum proh dolor non est, eius florentissimũ Regnum Hungariæ per uim absq; ulla ratio/ne adeptũ, fere ab hoste depopulatũ esse, neq; eo contentus magnis uiribus in reliqua etiã hostiles excursiones fecit, mo/liturq; uestrũ Regem omni sua ditiõe spoliare. Hoc uos ui/ri fortissimi cũ uideatis patiemini, uos inquã, apud quos fœminæ aliqñ animosiores fuerũt, quã alibi uiri, uos qui maio/rum uestrorum fama nõ contenti, semper aliquod eorũ glo/riæ summa cũ laude addere soliti estis. Hoc nũc tam fœdum dedecus in uos admittetis, gloriã uestrã multis in bellis par/tam, nũc tam fœde cõtaminabitis: ut Regi uestro, una cum reip: christiana in discrimine cõstituto, auxiliũ uestrũ implo ranti defuisse uideamini. Quare cũ aliis natiõibus gloriæ uer tatur, suũ cuiq; in hoc bello studiũ, uobis omnibus uiribus nõ incubuisse, summũ dedecus est & extrema turpitudo, nõ sine magno etiã uestro detrimẽto & piculo, nam non mõ re/gis uestri, sed etiã uicinorũ sociorũ, salus cũ qua uestra cõiũ/cta est in periculũ uocat᷑, neq; enim si salus uicinorũ sociorũ in discrimẽ uenit, uestram liberã arbitremini, cũ illi ruere nõ possint, quin in magna detrimẽta uos trahant, aut eadẽ la/befactati ruina, uos quoq; cõcidatis. Quod si miseris & in fœlicissimis Hungaris opẽ tulissetis, piculo isto nũc uos libera/ti, secure ageretis. Socii uiciniq; omnino cõseruãdi sunt, si de/trimentũ accipe nõ uultis, qñquidẽ illorũ calamitas a uobis seiũcta nõ est. Romani rerũ gerendarũ pitissimi, maiora & grauiora bella gesserũt ob socios cõseruandos, q̃ ob se defen/dendos. Quos quidem in hoc eo magis imitari debetis, quod Hungari, & Australes, quibus nũc bellũ infert᷑, non solum finitimi sunt, sed eundẽ habetis cũ illis regem. Deinde cũ ip/sis cognatiõe, & necessitudine quadã coniũcti estis, cum Au stralibus quoq; uobis antiquũ fœdus esse audio, ut alterius

 domus

domus deficiente mascula prole, quæ heres in principatum succedat, ex altera sumat, est ergo uobis lætandũ, quod auxiliũ socijs uestris coniunctissimis ferendo, eadẽ opa uos ipsos defendetis, atq; bñficiũ alijs facietis, gratiã inibitis, dum uobis recte cõsulitis, & bellũ arcetis maximũ & piculosissimũ. Nã licet ad tẽpus forsan quies ab armis uobis daretur, tantisper dũ hostis in reliquijs Hũgariæ depopulãdis, subigendisq; occupatus est, ad postremũ tñ, atq; adeo breui bellũ illinc ad uos deuoluet. Hungarorũ enim uires imbecilliores sunt, & magis afflictæ, fractæq;, q̃ ut hostiũ ualidissimos impetus diu sustinere queãt. His ergo deuictis, aut religiõis hostem uicinũ finitimũ, & a tergo habebitis, nunq̃ uobis securis ab illius excursionibus somnũ capere licebit, aut quod magis uerendũ est uos ,pximos oppugnabit, quã diu enim flãma materiã inuenit, q̃ diu habet quod absumat, seuire nõ cessat, atqui tũc uolentes nolẽtes id facere cogemini, grauiore detrimẽto, maiore difficultate, quod nũc cũ gloria, minore negocio cauere facilius potestis, auxilia quæ nũc a uobis rogant socij eadẽ tunc uos ab alijs rogare cogemini. Atqui si uos iã frigetis, quorũ ceruicibus bellũ atrocissimũ imminet, qui hostẽ a tergo habetis, & ab eo tantũ nõ circũsepti estis, quoniã animo eos futuros esse creditis, q lõgissime ab hostiũ finibus suas diciões habẽt, si nos nunc animo uacuo desidetis ignaui, num illi uestrã uicem solliciti erũt, si uos uñis impẽdẽtibus malis indormitis, num illi ,p uobis uigilabunt: si uños animos non tangit ,ppria salus, num mouebit alienos. Ipsi quidẽ Garmani, tum etiã Hispani, quales se præstiterit in obsessa Vienna, e uestris ducibus, militibusq;, q ibi stipẽdia fecerũt, nec minimã laudẽ retulerũt. Vos satis audiuisse credo, neq; nero nũc alio sunt anĩo ad uestrã salutẽ tuendã, si opus sit, q̃ tũc, & semp fuerũt, Præterea Impator summus,

qui

qui alioq belli occasióibus lubens abstinuit, nũc ita anima/tus est, ut se ducẽ uobis præbere patus sit, bellũq; totũ præ/sens administrare, ita optimus Princeps alioq pacificus glo riosum ducit, & piũ contra religióis hostes ꝑ aris & focis di micare. Germanis suã ad hoc opam benigne pollicentibus, nemo tñ horũ tanto ardore ad hoc bellũ exarsit, quẽ uestra frigiditas nõ restiguet, si uos in ꝓpriis piculis secordes ꝓcra stinatis, & cósiliis querẽdis tẽpus eximitis, iam res ipsa tan/tũ nó emissa uoce ꝑ se loquit̃, præsentẽ manũ postulãs, ho/stis enim iã firmissimis copiis instructus tergo imminet, & forsan cuiusuis opinióe citius, cũ nemo eũ se moturũ puta/bit erũpet, quare nobis impatis adhuc, nihil prius agendum censeo, q̃ quæ belli usus exigit, cóparare primo quoq; tẽpore, ut hosti ueniẽti occurrere mature queamus, & flammã resti/guere in uicinis tectis, anteq̃ nostris incensis damnũ accipia mus, nisi forsan expectandũ putatis, donec in uestros fines hostilis exercitus impetũ faciat: agri uascent̃, pecore abigã/tur, coloni, & agricolæ undiq; inseruitutẽ abripitant̃, senes, puériq; miserũ in modũ passim ꝑ agros trucident̃, uillæ incẽ dant̃, & mille alia incómoda accipiatis, quæ iis cótingere so lent, in quorum agris hostes grassantur, cuius rei notissima exempla quotidie exhibent̃, tristissimum uero ad Viennã in Austria æditũ, qđ nobis documẽto esse pót, q̃tam calami tatẽ ii accipiãt, in quorũ finibus bella gerunt̃, etiã si maxime uincãt. Quare uiri fortissimi: si hæc incómoda uitare uultis, annitendũ nobis est summis uiribus, ut anteq̃ hostis pagra/ta Hũgaria uestros fines depopulet̃, uestra uirtute coactus pedem retrorsum referre cogat̃, atq; nisi ita effeceritis, nobis maximũ detrimentũ imminere, certissimũ habete, nisi for/te putatis futurũ, ut regnandi libidini, ne dicã euertẽdi insa/niæ modũ faciat sub acta Hũgaria, & tum quietẽ agat, aut

 ab armis

ab armis discedatis, qui alterã manũ orienti, alteram occi/
denti iniecit, cuius uincẽdi auiditatẽ nõ expleuerunt tot ur/
bes, tot ꝓuinciæ tot regna, ab eo deuicta depopulataq;, &
q̃q̃ animus meminisse horret luctuq; refugit, uosq; huius rei
estis optimi testes, tñ nolo nostrã calamitatẽ præterire, quæ
nullis metis uincẽdi libidinẽ cõtineri, nos plane docet, est er
go ad manũ notissimũ quidẽ, sed tristissimũ exemplũ, quod
totius Greciæ imperiũ latissimũ amplissimũq; ante oculos
ponit, Hierosolymitanũ ad hæc se pulchrũ, & illa regio an/
tiqssimũ Christi patrimoniũ, in q̃ tot sunt uitæ a Christo in
terris actæ, fixa impressaq; uestigia & monumẽta: Quid aũt
ĩnde Rhodi. q̃d Croaciæ q̃d Hũgariæ: q̃d demũ obsessæ Viẽ
næ mentionẽ faciã: tum eorũ omnẽ quæ sine animi mei dolo
re omniumq; uero Christianorũ nõ minore dedecore, q̃ de/
trimẽto referre nõ possum, quæ oĩa cũ ipsius inexplebilẽ ani
mũ nõ expleuerit, an eũ subacta Hũgaria saturũ fore arbi/
trabimur: quẽ ferũt dictũ illud insolẽs Alexandri magni ia/
ctare solitũ mundũ nec duos soles, nec duos orbis monar/
chas cape posse, se ergo solũ suo arbitrio orbis imperiũ admi
nistrare uelle. An nõ id eũ cogitare & animo destinasse satis
palã facit: qui contẽptis uiribus Christianorũ, spretis princi
pibus, neglectis numinibus, cõtra ius & fas cõtractis uali/
dissimis exercitibus, terra mariq; Christianæ reipub: bellũ in
dixit. Est ergo uobis bellũ ita necessariũ ut negligi nõ possit,
ita magnũ ut accurate & diligẽter sit administrandum. Ne
quæso expectetis, ut in uestræ regiõis penitissima oppida pe
nitret, & ab diligẽti hoste cõsumamini deuoreminiq;, quẽad
modũ in parte factũ uidetis, quod minime futurũ est, si ho/
stẽ nõ paruipẽditis, sed ueniẽti occurritis, Hispani uice ꝓuer
bij illud usurpãt, hostẽ qui negligit, ipsius manibus perit, q̃d
apud uos dici cõperi, Kto neprzitele lehce ua;y, ten odnẽ/
ho za/

ho zahyne. Vos ergo hostis potentiã non paruipẽdite, sed si
uobis recte consultũ uultis, uestra uirtute illius impetus in
hibete. Vlterius ꝓgredi non ꝑmittite, ĳs copĳs, qbus hostis
uestros ingressus fines repellẽdus esset, ĳsdẽ aduenientẽ ar/
cete pecunĳs quas erogare in stipẽdia cõducticiorũ militum
uobis necesse erit, depopulatis agris, ĳsdẽ nũc re salua in ap
paratu bellico adornãdo nõ parcatis, pecunĳs enim opus est
bellagerẽti cũ sint neruibelli, sine qbus nihil geri queat, qd
dilucide satis græcorũ docuit calamitas, q olim potẽtissimi
opulẽtissimiqꝫ, cũ pecunias in usum belli erogare grauarẽtur
sed ita ut Antiphanes egregie dixisse fert̃, ĳs pro calculis ad
numerandũ uterent̃, tocius Græcie imperiũ amiserũt, opes
enim ita se hñt, ut si cõmode cõsumant̃: ꝓsint, si tenaciter as/
seruent̃ certissimã secũ dñis perniciẽ afferãt. Ab eo tñ græco
rũ more, si uestrã cõsuetudinẽ uobis hominẽ alienigenã alle
gare licet, lõge abestis, ita ut hæc mea orõne uos nõ sint do/
cẽda, neqꝫ necesse est, ut uobis uiris prudentissimis, quo mõ
res sint gerẽdæ, ꝑ me sit cõsulẽdũ. Quare tẽpus ẽ, ut uela cõ/
trahamus, eo addito, quod dicã si eo studio in hoc bellũ in/
cubueritis, quo debetis in eo quod gerit̃, ꝓ salute uestra &
religiõe Christiana ut certe uos spero facturos, multa sunt,
qbus uobis certissimã uictoriã, atqꝫ semel belli finem augu/
ror. Primũ, eximia uestra in re bellica uirtus, supioribus an/
nis satis ꝓspecta, qua tantã gloriã nostra, maiorũqꝫ nostro/
rũ memoria consecuti estis, ut ea nulli genti sitis inferiores.
Deinde, quod qcquid hactenus hostis ꝓspero successu uicit,
id cunctatiõe ne dicã secordia ignauiaqꝫ Christianorũ occu/
pauit, quocies uires ullas in uobis turcica manus iuenit, re
trocedere turpissime coacta ẽ. Testis est uobis Viẽna, testis
Taurinũ, a Machumete ipso, q totius Græciæ imperiũ occu
patũ tenebat, obsessa, a qua non sine graui suorũ clade ꝓfli/

 gatus est.

gatus est. Cuius rei quoq; haud exigua laus ad uos ptinet, q maiorē hostiū numerū eo prælio fudistis, q̄ in omnibus antea ctis bellis simul amisistis: Ad hæc etiā accedit, quod danubij littora hoc fatale habere uident, ut alterius dñi q̄ sui iugū pati nō debeāt, ita olim cupidissimis regnandi principibus meta fuere. Vltra q̄ progredi nō daret, ab Alexādri magni dicione exēpta fuere, Dariū Hydaspis filiū, tū etiā Cyrū in magnā cōiecerūt formidinē, Augusti Octaui legiones apud cairscos pfligarūt. Tiberiū in fugā uerterūt, Vespasiani Cæsaris nūerosum exercitus cōgressum plurimis prælijs sustinuerūt, Longobardarū tyrannidē passa nō sunt. Hostem nūc quoq; Christiane religiōis immanissimū diuina ope pfligabūt, gloriosissimā uictoriam reportabūt: Præterea uero multo mihi maior spes est in inuictissimo Impatore, qui se una cū fratre ducē exercitus præbere patissimus est, qui hactenus omnibus in bellis hostiū suorū uictor extitit, q cum uere nūc id præstare uelit quod audit, hoc est Impatorē, eius ductu & auspicijs fœlicē nobis huius belli euentū ominor, tum ab antiqssima multa, & uulgata de illo uaticinia, quæ quidē nec ut certa affirmare, nec ut falsa redarguere in anio est, nō paucorū tñ fidē euentus cōprobauit, tum ob fatalem quandā eius in bellis gerēdis fœlicitatem. Ad hæc nō semel paucis copijs magni exercitus inimici fusi aut in fugā uersi sunt, cuius rei exēpla omnibus nociora sunt, q̄ ut hic ea referri necesse sit. Postremo illud spero: tanto nobis deū imortalē fore magis ppiciū & adiutorē, q̄to nostra belli causa iustior est, ille bellū ad aliena occupāda infert, uos pro liberis uxoribusq; uestris, unius atq; ueri dei sacratissima religione depugnatis, q suis nunq̄ deesse solet. Qui si pro nobis est, qui est dñs exercituū, dñs fortis & potēs inprelio, qs cōtra nos, ille nobis auxilia sua mittet ex alto, cœlestes legiones, quæ

olim

olim nõ semel inter Christianas exiguas copias ab hostibus uisæ, eos sua cælesti fulgore territos anteq̃ ad manus uentu/tũ esset fugã uerterunt. Quare uos nec hostis potẽtia, nec belli magnitudo pturbet, nihil tam insupabile est, quod for/titudo indefatigata nõ exuperet, fortes aũt uos reddat ipsa ueritas, id est deus, p qua arma sumitis. Certissimã ergo ui/ctoriæ spẽ in eius benignitate collocate cuius sacrosanctã re ligionẽ defenditis: Quin accingimini uestro gladio, accinget̃ deus suo sup fœmur suum potẽtissime, opibus nec uiribus parcite p eius religione, a quo oĩa accepistis, quod si facitis, maximũ & grauissimũ bellũ conficitis, Regem uestrũ eiusq; diciões ab iiuria truculẽtissimorũ hostiũ defendetis, uestros fines tutos a quotidianis hostiũ incursióibus reddetis, secu/ri ab omni belli piculiue metu uestris bóis quiete fruemini, socijs uobis cõiũctissimis opẽ feretis, sumã ab ijs gratiã ini/bitis, fortũas uestras cũ coniugũ liberorũ, & uestra uita inco lumes seruabitis, imperatorũ atq; sui fratris summorũ princi/pum ppetuam beneuolentiam conciliabitis, gloriam para/bitis immortalem, quos e durissima seruitute, quã sub im/manissimis hostibus nunc multi Christiani seruiunt, mul/ti timent, in libertatem uindicaueritis, ijs eritis uice deorum immortalium cum a uobis beneficium salutis & uitæ diui/no simillimum acceperint, quæ omnia & si tanta sunt, ut ma iora homini in uita contingere nõ possint, attamen eo quod eadem opera dum hæc paratis religionem etiam Christia/nam, ab hoste Christi qui illam funditus excindere iam ani mo concepit tuebimini, mercedem a Deo opt: max: perpe/tuo duraturam accipietis, eritq; uestræ perbreuis operæ merces summa & in hac uita, & in futura ĩmortalis gloria & felicitas. Quoniam uero tanti uestra omnium interest hoc aut illo modo statuere, præcor uestra causa deum immor/

talem

talem ut quod ipse maxime e re uestra, omniumq; Christia/
norum esse nouerit, id uobis in præsentiarum, quod
fœlix faustumq; sit, decernere concedat.

Impræssum Cracouiæ per Mathiam Scharffen/
berg. Anno domini Millesimo quingentesi/
mo uigesimo secundo.

